Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cap. xxii.

309

Cap xxii.

Verba cantici huius in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum eius et de manu Saul et ait. Dominus petra mea et robur meum et saluator meus. Deus meus fortis meus et sperabo in eum scutum meum et cornu salutis mee exaltator meus et refugium meum saluator meus de iniquitate liberabis me. Propheta dicit. Vis sapiens et intelligat intelligens et sciat hec. Magne profecto sapientie est si quis scire posset dignitatem carminis huius qd solum de omni psalmorum numero excepit hunc libro regum inseri precepit spes eius. Dauid carmen domino loquitur cum filius dei homo factus sacramento incarnationis passionis resurrectionis et ascensionis sue laudem et gloriam dei patris in mundo exsequitur. In die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum eius et de manu Saul. Dies ista dies expiationis qua filius dei oblatione sue incarnationis et passionis mundo meruit gratiam reconciliationis et patrie benedictionis. In qua inimicum die deus pater eum de manu omnium inimicorum suorum liberauit cui gentes quasi in insidias ad eum exercebant cui ei fidi porbere tractare dicebant. Per dictionem euangelii ipsi subiugauit. De manu quoque populi iudaici eum eripuit cui cum de sepulchro suscitauit ubi illum se celuisse exultauit. Nisi peccata mea. Spes incarnationis mee fundamentum locauit. Deus cum in utero matris mee virginis sue virtutis obumbratione dispensauit. Ipse etiam robur meum fuit qui me in utero matris virginis animam simul et carnem induit qui me de utero matris virginis nascens sollempnitatem fecit. Saluator meus fuit qui de manu herodis me persequentis infantiam meam custodiuit. Pater omnipotens deus meus fuit qui innocentie mee integritatem custodiuit. Fortis meus fuit qui baptismi sanctificationem ad euangelii predicationem significando predigne me confortauit. In eum sperabo qui omnes electos meos per fidem spem et dilectionem ipsi subiugabo. Scutum meum et cornu salutis mee. Omnipotens pater scutum meum in passione mea fuit. Deus me ab herode et pilato et iudeis persecutionibus a multis et crucifigentibus eripuit. Cornu salutis mee qui illud cornu fuit crucis mee ad salutem omnium gentium instituit. Liberator meus fuit. Deus de profundo inferni me reuocauit et de sepulchro resuscitauit. Refugium meum fuit deus me de tristi ad celos per maiestatis sue potentiam euexit. Saluator meus de iniquitate me liberabit. Qui in extremo iudicio omnes electos me os de diaboli potestate redempros libertati redonabit. Sequitur. Laudabile nomen cabo dominum et ab inimicis meis saluus ero. Qui circumdederunt me circumtones mortis torrentes belial terruerunt me. Funes inferi circumdederunt. Preuenerunt me laquei mortis. Laudabile dominum inuocabo. Qui a tota mea in hoc mundo conuersatione sincera et deuota erit oratione. Quidam patrem meum magnum dominum et laudabilem inimicis iustum et terribilem inimicis, pomibus membris meis usque in finem seculi impellabo. Sic ab inimicis meis saluus ero. Qui a gentes. Qui inimicem erant domino. Cum nomine et orationis mee sacrificio reconciliabo. Contritiones mortis me circumdederunt. Qui a homini reo debuit. Nam homini domino debuit. Peccati pene per temptationes et necessitates adhesert. Torrentes belial me terruerunt. Qui a filii iniquitatis qui sine lege fuerunt male dicentis et eum ei insuper me irruerunt. Dicentes me samaritanum et habere demonium inuocantes me seductorem et unum potatorem funes inferni me circumdederunt. Qui a uncula sputa alape et flagella harundo spinea corona crux clauus acetum et lancea ad portas inferi me deduxerunt. Laquei mortis me preuenerunt. Qui a nemo me non lamentem animam meam spontem deponentem poccupauerit. In tribulatione mea inuocabo dominum et ad dominum meum clamabo et exaudiet de templo sancto suo uocem meam et clamor meus ueniet ad aures eius. In tribulatione mea dominum inuocabo. Qui a in passione mea dominum patrem perpetuum electorum meorum qui uniuersi tenentur in inferno per saluationem fidelium meorum qui sunt in mun